

est inter fontes Tanais, & Oceanum septentrionalem, Europæ ac Asiæ terminum venimus; eoque in Asiam; quam contemplati, in Africam per angustias, quæ sunt inter intimum Sinus Arabici recessum, & Mediterranei maris Sirbonium lacum, descendimus. Vnde per Ægyptum, Barbariamque ad fretum Gaditanum peruenimus. quo traiecto, domum, vnde eramus egressi, tandem reuertimur, viatori similes vel peregrinanti cuiuspiam, qui nationibus singulis, & Regionibus, longo ordine, quo sibi inter se coniunctæ sunt, nulla præterita, perlustratis, tandem, vnde exierat, lætus atque incolumis redit. Hactenus de ipsis Tabulis; nunc de Tabularum auersa parte dicemus. Quoniam visum nobis est, ingratum Lectori, aut Spectatori fore, foliorum terga ita vacua videre & omnino inania; statuimus ibi singularum Tabularum breuem quandam declaratiunculam adscribere, eodem modo, quo in ipsis Tabulis diximus à nobis esse factum; nullius, qui nobis vsui fuerit, nomine omisso aut dissimulato. In fine, hæc adiecimus omnium, quotquot vel nouimus, vel habuimus, Auctorum nomina; è quibus singularum Regionum plenior cognitio (si quispiam requirat) peti possit. Quapropter, Geographiæ candidati habebunt hæc, his Auctoribus ordine adscriptis, & Auctorum Tabularum Geographicarum Catalogo, quem libro præfiximus, ac his ipsis nostris demùm Tabulis, quandam quasi officinam omni instrumentorum apparatu instructam; è qua, si forsan vel ad librum aliquem, vel ad Regionum descriptiones sibi deesse quippiam sentiant, leui, imò nullo negotio videre possint, vnde id peti queat. Hæc sunt, quæ putauimus Lectori esse indicanda. Superest, vt singulos oremus, ne alio animo hunc laborem nostrum excipiant, quam quo à nobis & inchoatus est & absolutus, ac tandem in lucem editus. Vale, & fructu, atque FRAN-

CISCI HOGENBERGI artificiosæ manui, cuius vnus indefatigabili diligentia ferè omnes hæc Tabulæ cælatae sunt, bene faucto.

ANTVERPIÆ. M. D. LXX.

## CATALOGVS AVCTORVM TABVLARVM GEOGRAPHICARVM, QVOTQVOT AD NOSTRAM COGNITIONEM HACTENVS PERVENERE; QVIBVS AD- DIDIMVS, VBI LOCORVM, QVANDO, ET A QVIBVS EXCVSI SVNT.

*Ægidius Bulionius Belga, Galliam Belgicam descripsit; quam edidit Antuerpiæ Ioannes Liefrinck; & Sabaudiam cum Burgundiæ Comitatu; euulgatam apud Hieronymum Cock, Antuerpiæ.*

*Ægidius Tschudus, Rhetiam, Heluetiamque; Basileæ apud Isingrinum.*

*Andreas Theuetus, Galliam; sed nondum edidit.*

*Antonius Ienkinsonus, Rusiam; Londini. 1562.*

*Antonius Wied, Moscouiam; Antuerpiæ.*

*Augustinus Hirsuogel, Regionum hæctenus non visarum (vti titulus habet) tabulam edidit; Continet verò Slauoniam, Carinthiam, Styriam, Goritziam, &c. vicinasque Regiones; Nurenbergæ, apud Ioannem Weygel.*

*Bartholemæus Scultetus, Misnie & Lusatiæ Corographiam; Gorlitzij, An. 1569.*

c

5

- Benedictus Bordonius, *Italiae Tabulam*; vti habet *Leander* in sua *Italiae descriptione*.
- Bernardus Syluanus, *Cuius Galliam, & Italiam*, citat *Robertus Cœnalis* in *Gallica sua historia*.
- Bonauentura Brochardus, *Palestinam*; *Parisiis*, apud *Poncetum le Preux*.
- Bonauentura Castilioneus, *Longobardiam*; *Auctor Ioannes Antonius Castilioneus*, in libello qui de *Insubrum antiquis sedibus* inscribitur.
- Carolus Heydanus, *Germaniae Typum*; *Antuerpie* apud *Hieronymum Cock*.
- Carolus Clusius A. *Hispaniam*; antiquis ac recentibus locorum in ea nominibus inscriptam; quam nos propediem edituri sumus.
- Caspar Vopellius Medebach, *Descriptionem Orbis terrarum*; *Item Europæ totius*; ac *Rheni tractum*; omnia *Coloniæ*.
- Caspar Bruschius Egranus, *Montis Piniferi* (quam *Fiechtelberg* vulgò nuncupant) *Tabulam*; *Vlmæ* apud *Sebastianum Francum*.
- Christianus Schrot Sonsbekensis, *Gelriam cum Cliuia*, vicinasque *Regiones*, *Antuerpie* apud *Bernardum Puteanum*; *Eandem tabulam* idem recognouit, edique curauit per *Hieronymum Cock*, *Antuerpie*; *Descripsit quoque vniuersam Germaniam*, quam idem *Cock* prælo excudit.
- Christophorus Zellius, *Europæ Typum*; *Nurenbergæ*.
- Christophorus Pyramius, *Germaniæ Tabulam*; *Bruxellis Brabantiæ*.
- Cornelius Antonij, *Regionum Orientalium Tabulam* (vti titulus habet) *Continet autem Daniæ Regnum*, & *circumiacentes Regiones*, *Excusa Amstelrodami*. Idem descripsit *Europam*, editam *Francofurti ad Mœnum*.
- Diegus Gutierus, *Americam*; *Antuerpie* apud *Hieronymum Cock*.
- Dominicus Machaneus, *Benaci lacus Corographiam*; à *Leandro Alberto* citatam legimus.
- Erhardus Reych Tyrolensis, *Palatinatus Bauariæ tractum*; *Nurenbergæ*. 1540.
- Ferdinandus à Lannoy, *Burgundiæ Comitatus Tabulam*; apud *Hieronymum Cock*, *Antuerpie*. Sed nondum edita est.
- Fernandus Aluares Zeccus, *Lusitaniam*; *Romæ*, apud *Michaëlem Tramezzinum*. 1560.
- Franciscus Monachi Mechliniensis, *Regiones Septentrionales*; *Antuerpie*, apud *Syluestrum à Parisiis*.
- Gabriel Symeoneus, *Alimaniæ tabulam*; in libello inscripto *Dialogus Pius & Speculatiuus*, *Lugduni*.
- Gemma Frisius, *Vniuersi Orbis Tabulam*; *Antuerpie*.
- Gerardus Mercator Rupelmundanus, *Palestinae, siue Terræ Sanctæ*; *Item Flandriæ*; *Louanij*. Postea *Europæ*; Deinde *Orbis Vniuersi ad vsum nauigantium accommodati Tabulam*, *Duisburgi* edidit. Excudit quoque *Britanniæ Insulæ Tabulam*, ab alio quopiam descriptam.
- Godefridus Mascopius Embricensis, *Diocœsis Monasteriensis & Osnaburgensis Typum*; *Embricæ* edidit per *Remigium Hogenbergum*. 1558.
- Gregorius Amaseus, *Fori Iulij Tabulam* descripsit; quam ab *Auctore* se habuisse, inquit *Leander* in sua *Italia*.
- Henricus Zellius, *Europam*; *Nurenbergæ*.
- Hieronymus Chiauez, *Americam* descripsit, quæ nondum in lucem prodit.
- Hieronymus Bellarmatus, *Thusciam*; *Romæ*.
- Humfredus Lhuyd Denbygiensis, *Angliæ Regni Tabulam*; *Item Cambriæ Corographiam*, quas nos *Deo fauente aliquando publicabimus*.

- Iacobus à Dauentria**, *Brabantia; Hollandia; Gelria; Frisia; Zelandia Tabulas descripsit & edidit, Mechlinia.*
- Iacobus Castaldus Pedemontanus**, *Orbis Vniuersalis typum, magna forma; eandem minori forma; Item Asia; Africa; Hispania; Italia; Sicilia; Hungaria; & Pedemontana Tabulas; Venetiis, omnia per Matheum Paganum.*
- Iacobus Zieglerus**, *Palestina; Scandia; Aegypti, & Arabia; libri forma, & in iis Commentaria; Argentorati, apud Petrum Opilionem. 1532.*
- Ioannes Auentinus**, *Bauariae Tabulam; Landsbuti. Anno. 1533.*
- Ioannes Babbista Guicciardinus**, *Vniuersi terrarum Orbis imaginem, maxima forma; quem Aquila comprehendit, Antuerpia. 1549.*
- Ioannes Bucius Aenicola**, *Europam; sub forma puella, Parisiis apud Christianum Wechelum.*
- Ioannes Calameus**, *Biturigum Regionem; Lugduni apud Gryphium.*
- Ioannes Crigingerus**, *Bohemia; Misia; Turingia, & collateralium Regionum Tabulam, Praga. 1568.*
- Ioannes Cuspinianus**, *Hungariam; quam Petrus Apianus edidit; vti auctor est Wolfg. Lazius in sua Hungaria Tabula.*
- Ioannes Dominicus Methoneus**, *Europam; Venetiis, apud Matheum Paganum.*
- Ioannes Georgius Septala Mediol.** *Ducatum Mediolanensem, & Regiones vicinas, Antuerp. apud Hieronymum Cock.*
- Ioannes à Horn**, *Germaniae Inferioris Tabulam; Antuerpia.*
- Ioannes Honterus**, *Tabulas Geographicas edidit libelli forma; sub titulo, Rudimentorum Cosmographicorum, Tiguri apud Christoph. Froschouerum.*
- Ioannes Ioliuetus**, *Galliam; Parisiis, aut Lugduni.*
- Ioannes Mellinger Halens.** *Turingiae Tabulam; Wimarie.*
- Ioannes Stumpfius**, *Heluetiae Tabulas; in historiae Helueticae volumine, Tiguri excuso, apud Christophorum Froschouerum.*
- Ioannes Sambucus Pannonius**, *Transsylvaniam; Vienna Austriae. 1566.*
- Ioannes Surhonijs**, *Veromanduorum Regionem; Antuerp. apud Christophorū Plantinum. 1558.*
- Laurentius Frisius**, *Chartam vniuersalem Marinam (vt vocant) alicubi in Germania.*
- Leuinus Algoet**, *Regionum Septentrionalium Typum; apud Girardum Iudaeum, Antuerp.*
- Marcus Ambrosius Nissensis**, *Liouoniam; vicinasq; Regiones, Antuerpia, sed nondum edita.*
- Marcus Iordanus**, *Daniae Regni Typum; Hafniae, apud Ioannem Vinitorem. 1552.*
- Marcus Zecsnagel Salzburg.** *Ditionem Salisburgensem, Salisburgi.*
- Martinus de Brion**, *Palestinam; Parisiis, apud Hieronymum Gormontium.*
- Martinus Helwig Neiffensis**, *Silesiae Tabulam; quae Nissa excusa est. 1561.*
- Martinus Ilacomilus Friburgensis**, *Europam; eam alicubi in Germania impressam habemus.*
- Martinus VValdseemuller**, *Vniuersalem nauigatoriam (quam Marinam vulgò appellant) in Germania editam. Puto hunc eundem esse cum Ilacomilo praedicto.*
- Mathias Cynthius**, *Hungariam; Nurenbergae. 1567.*
- Nicolaus à Cusa**, *Huius Chartam Germania, citat Althamerus.*
- Nicolaus Genus**, *huius Tabula Regionum Septentrionalium habetur in Geographia Ptolemaei, à Girolamo Ruscelli in Italicam versa; excusa Venetiis, apud Vincentium Valgrisiū.*

- Nicolaus Germanus, *Huius Gallie Chartam citat Robertus Cœnalis. Puto hunc eundem esse cum Nicolao à Cusa.*
- Nicolaus Nicolaius Delphinus, *Europam marinam; Antuerpiæ apud Ioannem Stelsium. Idem Gallie Tabulam promittit.*
- Nicolaus Sophianus, *Græciæ Tabulam; Romæ.*
- Orontius Fineus Delphinus, *Galliæ descriptionem; & Orbis terrarum typum, sub forma cordis humani. Idem tabulam Regionum, quarum in sacris Bibliis fit mentio. Omnia Parisus apud Gormontium.*
- Olaus Magnus Gothus, *Regionum Septentrionalium Tabulam; Venetiis.*
- Paulus Iouius, *Larij lacus tabellulam, cum libello; Venetiis.*
- Petrus Apianus, *Europam; Peregrinationem D. Pauli; & Typum vniuersalem; omnia Ingolstadij.*
- Petrus ab Aggere, *Orbis terrarum Typum, Aquila compræhensam; Mechliniæ.*
- Petrus Boekel, *Thietmarforum Regiunculam; Antuerpiæ, apud Ioan. Liefrinck.*
- Petrus Coppus, *Hystriam; uti Leander Albertus Auctor est.*
- Petrus Laickstein, *Iudeam perlustrans eius loca descripsit, quam descriptionem Christianus Scotus in tabulam redegit. Extat Antuerpiæ apud Hieronymum Cock. 1570.*
- Philippus Apianus, *Bauariæ tabulam; in Germania alicubi. 1570.*
- Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, *Regni Neapolitani; item Græciæ tabulam; Romæ, per Michaëlem Tramezinum.*
- Sebastianus Cabotus Venetus, *Vniuersalem tabulam; quam impressam æneis formis vidimus, sed sine nomine loci, & impressoris.*
- Sebastianus Munsterus, *Germaniæ Typum, Basileæ, quem Tilemannus Stella emendauit & locupletauit, Wittenbergæ, apud Petrum Zeitz. 1567.*
- Sebastianus à Rotenhan, *Franconiam Orientalem; Ingolstadij, Anno. 1533.*
- Stephanus Geltenhofer, *Campaniæ Tabulam; suppresso tamen suo nomine, Antuerpiæ.*
- Thomas Geminus, *Hispaniæ Tabulam; Londini.*
- Tilemannus Stella Sigenensis, *Palestine tabulas duas descripsit, quarum vnâ inscripsit, Itinerarium Israëlitarum ex Ægypto; alteram, Corographia Regni Iudææ & Israël. Wittenbergæ.*
- Vincentius Corfulensis, *Hispaniam; Venetiis, apud Matheum Paganum.*
- Venceslaus Godreccius, *Poloniæ tabulam; Basileæ apud Oporinum.*
- VVolfgangus Lazius, *Hungariæ Corographiam; Viennæ. Item Austriæ; Nurenbergæ. Idem Comitatum Tyrolensem; Styriam; Hystriam; & Carinthiam edidit.*
- VVolfgangus Wissenburgius Basiliens. *Palestinam; Argentina, apud Ribellium.*

